



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 119. Francisci Forгатii Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. Rhemis sacro oleo inunxit, simulque  
A. C. 1615. Medicæ Galliarum Reginæ Diadema  
 imposuit. Proficuum etiam Paulo V. operam impendit in componendis diffidiis cum Republica Veneta. Sacram præterea Domum Lauretanam religiose visitans, huic Ecclesiæ duodecim librarum millia, ac rursus sex millia aureorum, Templis vero & pauperum Seminariis ducenta & amplius aureorum millia, Ecclesiæ Narbonensi quinque, pauperibus loco funeris quatuor, erudiendis puellis sex, & Jesuitis præter Bibliothecam, & sacram suppellectilem quatuor aureorum millia legaverat. Plurimum etiam Ordinum monasteria erexit, templa restauravit, Scholas pro egenis dotavit, Oratoria pro Sacerdotibus excitavit, atque in pios usus multa aureorum millia erogavit. Tandem ex Hispania redux, gravique morbo in Palatio Avenionensi correptus, pie in Domino obiit, anno ætatis suæ quinquagesimo tertio.

## §. CXIX.

*Francisci Forгатii Cardinalis extrema.*

*Ciacon. in vita Paul. V.* Eandem æternitatis viam hoc anno die octava Octobris ingressus est Franciscus Forгатius natione Hungarus,



rus, qui nobilissimo genere natus, ac Sæc. XVII. A. C. 1615.  
 pietate simulque scientia conspicuus, semper immotum Religionis Catholicæ  
 studium præsetulit, atque inter Calvi-  
 nistas, aliosque Sectarios, & Ecclesiæ  
 hostes diu versatus, necnon assidue ad-  
 versus eos colluctatus, pro vera fide,  
 & Ecclesia plurimos suscepit labores,  
 vitæque pericula non raro subiit. Re-  
 nuntiabatur Archiepiscopus Strigonien-  
 sis, Hungariæ Primas, ejusdemque  
 Regni supremus Cancellarius: demum  
 urgente Cæsare a Paulo V. Cardinalis,  
 vulgo Strigoniensis Cardinalis dictus,  
 nominabatur, & licet in illo tam Pon-  
 tificis quam Cæsaris studium quam  
 maxime effulserit, illius tamen virtu-  
 tum, ac meritorum excellentia præ-  
 primis Papam impulit ad Cardinalatus  
 honorem eidem deferendum. Obiit ad  
 Balnea S. Crucis in Pannonia, sepultus  
 ad Triaviam.

§. CXX.

*Caroli de Comitibus Cardinalis  
 decessus.*

Postremus denique inter Purpuratos, Ciacov. in  
 vita Clem. VIII.  
 qui hoc anno mortalitatem exue-  
 runt, erat Carolus Conti seu de Co-  
 mitibus patria Romanus, qui ab Illustris-  
 simis suis Parentibus liberaliter educa-  
 tus

*Hist. Eccles. Tom. LV.*

li tus